Fragmentarium

generalis quos vinctos tenebat regimen
civitatis. Eu. R. Tu es pastor
ovium princeps apostolorum tibi tradidit deus
omnia regna mundi. Et ideo tradite sunt
tibi claves regni celorum V. Quodcumque li
H gat. lc. vij. gaveris ut s. i p° R°
civitas ignorans sue provec
tionis autorem cum pene omnibus do
minaretur gentibus omnium gentium
serviebat erroribus: et magnam
sibi videbatur assumpsisse reli
gionem quia nullam respuebat falsi
tatem. Unde quanto erat per dya
bolum tenacius alligata tanto
per christum est mirabilius absoluta.
Eu. R. Ego pro te rogavi petre ut
non deficiat fides tua. Et tu aliquando conver
sus confirma fratres tuos V. Caro et sang
uis non revelavit tibi sed pater meus qui est in celis.
N am cum duodecim lc. viij. et
apostoli accepta per spiritum sanctum
omnium locutione linguarum imbu
endum evangelio mundum distributis
sibi terrarum partibus suscepissent: be
atissimus petrus princeps apostolici or
dinis ad arcem romani destinatur
imperii: ut lux veritatis que in omnium
gentium revelabatur salutem efficacius
se ab ipso capite per totum mun
di corpus effunderet. Eu. R. Quem
dicunt homines esse filium hominis dixit ihesus
discipulis suis respondens petrus dixit tu
es christus filius dei vivi. Et ego dico tibi quia
tu es petrus et super hanc petram edificabo
ecclesiam meam V. Beatus es symon bar

Stiftsarchiv Mondsee
Band: 219

License: cc-by-nc – Linz, Oberösterreichisches Landesarchiv, Buchdeckelfunde III, Schachtel 8, Mappe 5k/1, SpBudeS06M0305k_11 – Breviarium (https://fragmentarium.ms/view/page/F-3rhv/2651/30444)